



Helgo filius fuit Haldani, & nepos Frotho-
 nis regum Danię. Hic diuiso cum fratre Roë
 qui Roskildiam cōdidit imperio, maris possessio-
 nem fortitus est, Anno mundi circiter termillesi-
 mum centesimum tricesimum. Itaque primo Scal-
 cum Sclauiæ regem maritimis copijs laceffitum
 oppressit. Hanc cum in prouinciam redegisset, ua-
 rios Pelagi recessus uago navigationis genere per-
 lustrabat. Postea Hundingum Saxonix regem, re-
 gis Siricis filium, apud Stadium oppidum præ-
 lio uicit, & eundem ex prouocatione adortus,
 Duello prostrauit. Inde Iutiæ procurationem

Saxonibus ademit, atq; Hescæ, Eyr, & Ler suis ducibus cōmisit. Cum autem
 ipse apud insulam Thoro libidine percitus uirginem Thoram uitiaffet, ex ea
 filiam genuit, quam mater Vrsa appellauit. Ut autem stupri causa seipsum uin-
 dicaret, nefariam ultionem excogitauit, atq; filiam Vrsam iam nubilem, Hel-
 goni uitandam proposuit. Itaq; Helgo inscius cum filia congressus, scelerato
 cōcubitu Rolum filium procreauit. Verum Rolo ille ortus sui infamiam
 conspicuis probitatis operibus redemit.